TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. P_MSS_0757

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

756
757

No 757

De Rubeis

De Aquileja

Fr. Jo. Fran. Bernardi M. de Rubeis
de Urbis Aquilejae
primordiis, incrementis, excidio
Dissertatio
inedita

Estratta dal Codice Manoscritto
degli Ab. Classe XIV. N. CXXXVII. della R.
Biblioteca Nazionale di Venezia.

Tradotta in italiano dall'Ab. Domenico Pamini
e stampata in Udine nel Maggio 1885 Tipogr. del
Patronato.

Approvata dalla Regia Commissione
Archeologica del Friuli nel 1879.

Frat. Jo. Fran. Bernardi M. de Rubeis
Ord. Praedicatorum
de Urbis Aquilejae
primordiis, incrementis, excidio
Dissertatio

Urbis Aquilejae origo – Situs ejus in Venetia – Ejusdem Venetiae fines. – Populi Carni primum Alpini, tum in plano Venetorum oramque maritimam. Veterum Geographorum concordia. – Origo Carnorum

I. Urbis Aquilejae natales incrementa, opulentiam, amplitudinem, aliaque praeclara ornamenta quae dicta ad Attilanam usque consistere, extremam eadem, diligentiore operâ exponere aggredior, sive praestantiore eruditione Virorum enarrationibus compendio allatis, sive novis eadem sparta exornata documentis rebusque demum omnibus ad accuratiorem chronologiae calculos redactis. Originem Aquileiae T. Livius memorat L. XXXIX Cap. XXII. juxta editionem in usum Delphini curatam his verbis: "Eodem anno Galli transalpini, transgressi in Venetiam, sede populationis aut bello, haud procul inde ubi tunc Aquileja est, locum oppido condendo reperunt. Legati Romanis de ea re trans alpes missi responsum est, neque profectos ex auctoritate gentis ejus, nec quid in Italia facerent se scire." Hunc annum Consules aperuerunt, eodem Livio testi, Sp. Postumius Albinus et Q. Marcius Philippus, ab urbe Roma condita quingentesimum sexagesimum octavum juxta Varronis calculos ante Deum christianorum centesimum octogesimum sextum.

II. Cum Gallos, qui locum oppido condendo haud procul inde reperant, ubi nunc Aquileja est, dixerit Livius collocasse in Venetiam transgressos, latis superque sententiam indicat, quae animo insederat, de situ Aquilejae in Regione Venetia constituendo. Cetera verba sunt, quae habet ille libro V. Cap. XXXIII. ubi sedes Venetorum definit: Finem, inquiens, ante

Romanum imperium late terra marique opes portuere:... Ii in utrumque mare (superum et inferum) vergentis, incolucre ... Quod (1) trans Padum omnia loca, excepto Venetorum angulo, qui sinum circumcolunt maris, usque ad Alpes tenuere. Sinum ergo adriatici maris, cui proximi sunt Aquileja, Veneti circumcolebant. Tanet Polybius, qui pulsos Etruscis, Gallorum eruptiones, eorumque loca diligentius cura describit: Ord Padi igitur ripae, ait lib. II. quae solis ortum respicit, primi seclis pepulerunt Laevi ac Lebecii: et qui his sequuntur Insubres gens inter omnes tum maxima: deinde fluvium attingunt Cenomani quod superest deinde spatium ad adriaticum sinum (quo in spatio sunt etiam Aquilejenses) ad ipsos propagis longe antiquissimum obtinebant. Venetos vocant, sermone diverso a Gallis utentes, vetere (el) moribus et cultu similes.

Hanc pariter calamo Gallorum transmigrationes describit, Livius ac indicat loca quae incolebi sunt: eaque tempore minime sinum adriaticum, quem Veneti incolebant, ab Gallis occupatum, intelligendum relinquit. Prisco Tarquinio Romae regnante (verbis Livii utor (libro V. Capitis XXXIV. et XXXV) auctore Ambigato Celtorum (quae pars Galliae tertia est) rege Bituriges in Herminios saltus in Italiam Bellovesus transgressi sunt. Excitisque populi Bituriges, Arvernis, Senones, Aedui, Ambarri, Carnutes, Aulerci. Ollia lectio erat: ipsi per Tauriui Saltus ac (Juliae) Alpes. Aut enim secundum a Julio Caesare nomen, asperatae sunt alpes: finitimaeque postea dictae non sunt apud Tauriui, sed in Pomponii Mela libro quae confinio: adeoque alteri Liberi aperto Lectori quae loca obtinuerint irrumpentes hi Galli pergit notare singly: Tusisque ante Tuscis, ingenti, tandem prope Ticinum fluvium, in agro Insubrium, condidere urbem; quam Mediolanum appellarunt. Ollioe sequuntur transmigrationes, ideptoque loca a Gallis transmigrantibus. Alia subinde manu Cenomanorum (non Germanorum) Elitorio Duce, vestigia priorum secuta, eodem Saltu

(1) (Colonie)

Ed perciò quelli che circa Padi exortus sita sunt, loca, hai occupa runt et Lebecii

Coeterum

INVIOS
Transire Duces

(Taurino), fovente Belloveso, quum transcendisset alpes, ubi nunc Brixia ac Verona (Cremona deponunt alii) urbes sunt conderunt. Porthos Gallicos proxime antiquam gentem Taurinos Ligures, incolentes circa Ticinum amnem. Perinde deinde (salto, vel jugo) superato, Boii Lingonesque, quum jam inter Padum atque alpes, (scilicet Taurinorum) omnia tenerentur, Pado ratibus trajecto non Etruscos modo, sed etiam umbros agro pellunt: intra Apenninum tamen se se tenuere, Tum Senones recentissimi advenarum, ab utroque flumine usque ad Aesim (ultra Senogalliam) fines habuere.

Haetenus a Gallis occupata italiae loca. Suas ergo Veneti proprias longe antiquissimas tenuere sedes ad Sinum Adriae: ubi circa Aquileiam, usque etiam amplexae sunt Sevographiam Sylax et Scymnus Chius, qui Venetorum limitem statuunt Istriam: ille . . . in Periplo, Post Venetos gens Histrorum; iste in Periegesi jambica, quam alii Marciano Heracleotae tribuunt; Venetis conterminii sunt Thraces, qui Histri vocantur. Veteris autem Istriae finis erat amnis Formio juxta Formio fint vulgo Lisano.

III. His adversari videntur Ptolomaeus, Strabo, Mela, Plinius, Aquileiam extra Venetorum fines in regione Carnorum collocantes. Maritimos hujusce tractus gentes, ac mediterraneas numerans Ptolomaeus libro III. Geographiae, sic ait: "Post ostia Padi fluminis Ostium, in Venetia Adriani amnis ostium. Item Carnorum inflexus sinus Adriae, recessus sinus, in quo Tilaventi fluminis ostium, Natisonis fluminis ostium, item Istriae, post flexum intimum recessus sinus Adriae, Tergestum colonia. De ora maritima haetenus: Carnorum autem mediterraneae urbes sunt, Forumiulium Colonia, Concordia Colonia, Aquileja Colonia, item Venetiae civitates mediterraneae, Belunum, Aetinum, Opitergium, Ocedum, Atestis, Patavium, Altinum, Istriae quae loca nimirum dilatatos Carnorum fines, observant Cluverius et Cellarius. Si nempe intimi sinus flexus, qui est ad Istri fluvii Ostium in Carnorum littore fuisset: dubio procul omni non tantum Concordiam, sed etiam Opitergium, et Altinum (quae loca Veneti vetus adscribunt ipse Ptolomaeus), adscriberet Carnis

Post ostia Padi fluminis Venetiae: item Carnorum littore Istriae finis ora. Carnorum item mediterraneae civitates. Istriae quae loca nimium dilatata Carnorum fines. Si nempe sinus flexus, Istriae quae loca Carnis

debuisset. Interim vero, in his aquilejam a Ptolomaeo positam, patet quam maxime, eadem est sententia Strabonis libri VII: Sita est Aquileja; inquiunt, extra Venetorum fines, violaverat in Carnis Διοικίζουτας δὲ ποταμῷ ῥέοντι ἀπὸ τῶν ἄλπεων ὀρῶν, Dirimuntur autem (Veneti a Carnis) flumine delabente ab alpibus, ique adverso navigari potest per CIↃCC stadia ad urbem Noreiam. Contractiores, quam Ptolemaeus, Carnorum fines constituit Strabo: Stadia D non CIↃCC, numeranda censet Cluverius: non aliud vero flumen, quod Venetos disterminet a Carnis intelligi potest, nisi Tilaventus: fluitque Cellarius: Itaque trans Tilaventum (ita legi licebat, etiam hae Veneti littera manebo) collocantur Carni: adeque in Carnis posita aquilejam. Strabo putabat,

Paucis verbis haec omnia contraxit Mela. Maritimus Italiae populos recensens ille libro II. Capite IV initium fecit a Carnis: Sinistra pars, inquiens, Carni et Veneti colunt Gallicam Togatam. Amplius docet Plinius libro III. Capite XVIII. ubi Venetiam, decimam regionem describit verba sunt ejus. Decima regio Italiae Adriatico mari apposita, Venetos: cujus fluvius Silis ex montibus Tarvisanis: oppidum Altinum: flumen Liquentia ex montibus opitergiis, et pagus eodem nomine: Colonia Concordia, flumen et pagus Romatinum Tilaventum majus minusque: Anaxum, quo Varranus defluit: Alsa, Natiso cum Turro praefluentes Aquileiam solemniam ... Carnorum haec regio (fruticetaque Japidum:) amnes Timavus, Castellum Nolare vero Pucinum, Tergestinus sinus, Colonia Tergeste ... ultra quam m.p. Formio amnis: antiquus antea Italiae terminus, nunc vero Istriae Flumina, oramque maritimam Venetiae Carnorumque, ipsique orae maritimae loca sub eadem premit Plinius. Ita vero intelligendum ejusdem esse, ut limitem Venetiam inter Carnosque constituat Tilaventum Mediterraneum utriusque gentis loca, quae capite sequenti XIX numerat clarius manifestant. Ait enim: Venetorum autem Ateste et oppida Ducellum, Patavium, Opitergium, Vicetia, Mantua Trojorum trans Padum sola reliqua: itemque ex Venetis Atina et Celina interque, Cum Celina, fuerit Venetorum hodie, eademque ei Tilaventum sita, non longe ab eodem fluvio distet, ad ejusdem fluvium pertigisse Venetiam jam constat. Pergit vero Plinius jubentes Carnorum memorare, qui trans Tilaventum positi

sunt

sunt, unde Carnos, inter quos Julienses a Julio Caesare conditore municipati Carnum sedemque habebant, distinguat a Venetis Istrisque, Plinio teste. Julium Carnicum vocat Antoninus in Itinerario: oppidum scilicet a Julio Caesare conditum, eodemque Julium dictum: Carnicum vero; ut forte situm in montana regione, quam hodie quoque Carniam appellamus. Quae demum omnia conspirant in Carnis esse Aquilejam.

Scriptorum auctoritatem, quorum plerique Aquilejam adtribuunt Venetis alii Carnorum regionem, conciliare student Cluverius et Cellarius, adnotantes: Carnos, alpinam gentem, in plana Venetorum usque maritimam, sive armis quaerentes loca, sive potius victorum Romanorum permissu descendisse. eodemque in ea regionem postea deductam Colonam Aquilejam, quae Venetiae revera pars erat, a Carnis occupatae.

IV. Hanc amplioris sermonis conjecturam illustrat Alpinorum gentem fuisse Carnos, loca plana strabuisse ostendunt. Liber 1. ait: IX | Venetis maribus | Carnus et Taurisci, quae sunt circa Noricum hodie quoque circa haec habitant loca: et circa his universum est..... Ocra vero humillima pars Alpium. pars est, ubi Carnis adjungitur. Et Liber VIII. Carnos Alpinos montes. Memoratos montes habuit, qui sunt in Carinthia, Stiria, Salisburgensi tractu, ac parte Carniolae pertinuque Noricos. Alpinum incolebant Carni. Pavia Plinius habet Libro III. Capite XIX. Carnis Segeste et Acm. Cap. XX. juxtaque Carnos quondam Taurisci appellati, nunc Norici. Capite XXIV. A tergo Carnorum et Japodum, qua longissimus fuit magnus ister, Rhetis jungentur Norici. Capite XXV. Gallia ex Alpibus Carnicis ab eoque demum finibus Carnorum montana loca incolentes, postque Strabone Libro II. μεταξὺ Ἰταλίας καὶ Νωρικοῦ inter Italiam et Noricum.

Satis patet, in alpinam gentem fuisse Carnos; adeoque maritimam oram, proximosque agros, ubi condita Aquileja fuit, remotissimo aevo: sed Venetos pertinuisse. Jam vero Veneti eodem hoc anno V. C. 568 quo Galli in Venetiam transgressi, locum oppido condendo cepernt, Romani parabant; in eamque Gallos agro dejungere, quem ceperant illi: ipsorumque Gallorum legati respondit Senatus apud Livium, oppidum in alieno agro nullius Romani magistratus, qui ei provinciae praefuit, permissu aedificare, haud ipsis itemque. Romanorum vero imperium subjecerant Veneti, egregie compactum Morich.

Etiam... Ocra pars Alpium a Rhaetis ad Japodes porrecta nunc Carniolica.

Scipione Maffei: libro II. Venetiae illustratae, paulo ante bellum Punicum secundum anno V. C. 536. inchoatum. Post haec Istris, Carnis Japidibusque inlata bella a Romanis describit Livius. Intra nobis ea recensenda sunt. Satis hoc loco fuerit advertere, in istricis bello quod Livius ad annos V. C. 583 et insequentem 584 narrat: alpinorum populorum, qui Carni Japidesque vocantur, depopulatum agros esse C. Cassium; autumque de Gallis Carnis triumphum anno V. C. 639 notatum legi in fragmento fastorum triumphalium. De his iterum infra Carnis recidis.

Jam sponte quodammodo fluit, domitos Carnos subjugatosque Romanorum Imperio, ipsorum permissu, ex alpibus in plana deductos fuisse, oramque maritimam, V. agri Venetorum inculti ac fere deserti conditio exposcebat, quam Gallorum legati Senatum exposuerant inquientes apud Livium: se superante in Gallia multitudine inopia vastos agros et egestate, sed quaerendam sedem Alpes transgressos, quae inculta per solitudines vidissent, ibi sine ullius injuria consedisse: Opportunum quoque accipere eos ipse. Id etiam testimonium Polybii, Strabonis, Melae et Plinii omnino confirmit, qui regionem istam ita Carnis adtribuunt, ut simul eandem ad Venetos pertinuisse satis indicent. Erant porro Carni saeculo, quo plana occupati sunt oramque maritimam, alii ejus Timavum, alii Tarvisium ad privos, Istrici ac Strabone et Ptolomaeo testibus, pertinebant. Tilaventus, Natiso cum Turro, Aquileiam, Forojulium usque in mediterraneis, aliique populi ad posteriores carnos Timavi, ut ait Plinius, Castellum nobile nos Plicnum, Tergestinus finis, Colonia Tergeste Formio amnis. Carnorum etiam ultra Timavum Strabo meminit, qui Tergeste lib. VII appellat Καρνικὴν κώμην Karnicen vicum: ipsique Antonini Pii temporis memorati leguntur in lapide seu in Inscriptione Fabii Severi, qui apud Irenaeum a Cruce in Historia Tergestina libro II, Cap. VIII, impetraverat: ut Carni Catoique attributi a Divo Augusto Pio (Antonino) Reipublicae nostrae (Tergestinae) prout quo meruissent tabico, absque Decurionatus gradum in Curiam nostram admitterentur, ac per hoc Civitatem Romanam adipiscerentur. Carnorum fines jam patent. Terrae tractum a Tilavento ad Formionem incolebant illi: ubi Japidia incipiebat, quae a tergo Istriae in sinum protendebatur Adriaticum ad Liburniam usque.

V. Antiquiora praecidua fortasse expedire facilior conjectura posset, quam

proponit, de Carnorum originatione dissereng, Illustrissimus Philippus a Turre in Dissertatione de Deo Beleno et aliis quibusdam Diis Aquileiensibus censet ille, Carnos duci eosdem prope cum Trojanis, qui Henetis, sive Venetis qui sinus Adriaticum mare cum Antenore sedes constituerent, partem regionum, ad quas beneficio Apollinis delati fuerant, in ejus memoriam dedicatam appellarunt Carniam, sumpto nomine ab eodem Apolline, quem Carneum a Graecis cognominatum obscet Pausanias in Laconicis, Messeniacis et Corinthiacis; concinitque Callimachus Hymno in eumdem Apollinem concinnato. Hinc etiam Festa in ejus honorem institita Pisidorae, Athenaeo, Plutarcho dicta sunt Carnea; Sacerdotesque carnei memorantur Eustathio in Chronico. Quae si ita se habeant, quemadmodum a Venetis non differrent Carni, ita eadem et Carnorum regio, et Venetorum appellari potuit a Scriptoribus. Tria hanc momenta conjecturae a Doctissimo viro proposita.

Ut imprimis Venetorum, quos antiqui vocant Italiae populos Livius et Polybius, incerta sine dubio et obscura origo. Duplicem de illis fuit sententiam Strabo lib. V. quidam inquit inquiens, eos Gallos faciunt, Gallorum ad Oceanum gentes; alii ex bello Trojano cum Antenore eo locorum venisse tradunt Venetorum Paphlagonum quosdam; Certiaque illorum accedit opinio, qui Venetorum originem a Venetis trahunt, Germanorum aut Sarmatorum gente.

Ad Carnos quod attinet, communi vulgataeque sententiae facile consentiam, sobolem eos esse Gallorum utique Carnutum, qui Tarquinio Prisco Romae Regnante, in Italiam sedes quaesierunt, unde excitos a Gallia Celtica populos diserte Sarmatas memorat Livius. Cisalpinae Galliae frequens divisio est in Cispadanam et Transpadanam. Populos incolentes nominat Strabo V. Cispadanae quidem (regio) ingruens, montibus adjacet, atque ipsa Apuliae, reliqua vero Transpadanae est, - In ea loca, hinc Ligurum atque Gallorum gentes inhabitant tum in montibus, tum in Campis: hinc Gallorum (Carnorum scilicet), Venetorumque, atque Galli quidem in Transalpinis cognati et consanguinei sunt. Nec clarius effari potuit: actumque demum de Gallis Carneis triumphum, nobis fragmentum Fastorum triumphalium.

An ergo Carni ex illis Transalpinis Gallis fuerint, qui in Italiam duribus Bellovesо, Titoviо ordiнque favente alpes Taurinatium irrupserant. Ita dicendum, si vera divi Lectii foret: ipsi per Taurinos, saltusque Iulias alpis ej. Hanc vero Lectionem plura vexant incommoda: maleptosque ab ipsis Gallis sedes divus recensens Carnorum nostrorum loca omnino praeterit, ut admiremur. Mihi res vera similima est, ex Gallis, qui duce Bigoveso fratre Bellovesi in Hercynios saltus transiere, quamplures per Germaniam deductas Colonias fuisse, istorumque sobolem Carnos nostros dicendos esse. Ait Caesar libro VI. de Bello Gallico: Gallorum gentem olim Germanos vicisse superasse, ac propter hominum multitudinem, agrique inopiam trans Rhenum colonias misisse Suevis a finibus Germanorum, Helvetios et Bojos, Bojosque appellat Gallicam utramque gentem. Teutones, Norici et Vindelici fuisse nationem origine Celticam, penitiorem Geographi consentiunt proximumque Norico Carnorum fuit, cui nomen dedisse Carnutes Celtas plerique arbitrantur: doctosque, ab hisce pariter profectos Carios seu Carinos. Iubens ergo libensque assentior, Carnos nostros progenitos e Gallis, qui sedes in Germania fuisse. Hinc etiam alpinos populos ostendimus eos fuisse, Segusiave solum tempore in agros Italiae Venetiaeque, transque maritimam deductos.

II.

Oppidum a Gallis in agro, postea Agnadejensi condi coeptum. Unde venerint isti? Deputo Gallos a Provincia, delatumque eorum oppidum. Colonia aquileja, frustra obsistentibus Istris, deducta. Colonorum numerus, fundusque divisus ager.

I Itaque Galli Transalpini, qui per saltus ignotae antea viae anno V. C. 568. in Italiam, inque Venetiam transgressi fuerant, nihil profligantibus legatis, quos transalpes Romani miserant, Oppidum in agro, qui nunc Aquileiensis est, aedificabant. Haec Livius narrat libro citato XXXIX. Capite XLV. consulibus M. Claudio Marcello, et Q. Fabio Labeone, anno V. C. 571. ante aeram vulgarem 183.

II. Opperiamur fuerint isti Galli Transalpini, ac unde venerint, paucis inquirendum. Hanc vos intellexerim ego, qui Gallorum Transalpinorum

incolarum

involverent, ex qua Bellovesus, Elitovius, atque Tamino saltu jugoque superato, cum magna Gallorum turba in Italiae partem migrarunt, quam Gallorum Cisalpinorum ab eorum nomine Majores appellarunt. Gallos dixerim Transalpinos, idest trans alpes nostras Orientales positos, et ipsos quidem priorum Gallorum soboles in Germania propagatos. Eam hanc nunc superiore Mustramine. Perennytonia pato verbo, qui Livius habet libro XLIII. ubi de bellis istris agit. Narrat ille Capite VII. Legatos Regis Gallorum Cincibili in Senatu questos esse, Alpinorum populorum agros Sociorum suorum depopulatarum a C. Cassium esse: sub idemque Tempus Carnorum Istrorumque et Japydum Legatos questos pariter discessisse: missos vero a Romanis Legatos, duos ad Regulum trans alpes, tresque civia eos populos, Carnos, Istros, Japydes. Populos Alpinos non alios hoc loco intelligas, quam praedictarum Alpium Orientalium incolas accolasque: nec alios fuisse illos, quam ipsos Carnos, et Japides, ac Istros, quos C. Cassius populatus fuerat. Cum itaque Romanorum Legati dicantur trans alpes missi ad Regulum Cincibilum, alpes intelligendae sunt Orientales: ipsumque Regulum trans alpes illas in Germania sedem habuisse, dici debet: ipsique demum Regis socii erant Alpini populi, Carni Japidesque. Galli porro in Germania propagati populi jam memorandi, Helvetii, Boji, Bojemoque, Senones, Norici, Vindelici, Laetus, alique.

III. Coeptum ab his Gallis, qui transiliere in Venetiam, Oppidum in agro postea acquirere ut prohiberet, quo ad ejus fere bello praeset Praetori mandavit Senatus. Is erat L. Julius cui Gallia provincia contigerat. Quod si armis prohibendi essent, Senatui placebat, Consulum alterum adversus Gallos praedictos ducere Legiones. Quae deinde, pervenit finem, diligentissime refert Livius eodem in libro XXXIX. Capite LIV. Consules (jam memorati, Claudius Marcellus, et Fabius Labeo) in Provincias profecti. Marcellus primum praemisit ad L. Porcium Praeconsulem, ut ad novum Gallorum Oppidum Legiones admoveret, Advenienti Consuli Galli se dedidierunt. Duodecim millia armatorum erant: plerique arma ex agris capta habebant. Ea aeque patienti-bus ejus adempta, quae aeque alios populantes agros rapuerant aut secum attulerant. De his rebus quae quaerebantur, Legatos Romam miserunt. Introducti in Senatum, a C. Valerio Praetore

" exspugnarunt: se superare in Gallia multitudine, (Gallicam
" hoc loco intellige Germaniæ loca, quæ Gallorum Colonias occupa-
" verant) impiâ vastos agri et egestate ad quærendam sedem
" alpes (orientales, ut jam admonuimus) transgressos. quæ inculta
" per solitudines vidissent, ibi sine ullius injuria ædificare
" dum quoque ædificare cœpisse; quod indicium esset, nec agros,
" nec urbi ulli non allaturos venisse. Nuper M. Claudium
" (Marcellum consulem) ad se misisse: bellum se cum eo,
" nisi decederetur agetarum. Se certam etsi non speciosam pacem
" quam incerta belli præferre, deprecatos se prius in sedem, quam
" in potestatem Populi Romani. Post paucos dies, ingressos et
" agro et urbe (quam ædificare cœperant) decessuros: se ta-
" citos abisse quo terrarum putarent, in animo habuisse. ar-
" mis deinde sibi et posteris omnia alia quæ ferrent aggre-
" dientibus, ademptum. orare se Senatum Populumque Romanum
" ne sibi se nuncios dedecoris acerbius, quam in hostes fe-
" cissent.

Gallorum orationi Senatus ita responsitum: " neque
" illos recte fecisse, quum in Italiam venirent (Italiæque
" regionem, Venetiorum) oppidumque in alieno agro, nullius
" Romani magistratus qui ei Provinciæ præesset permissu,
" ædificare cœpissent. Neque Senatui placere, deditos
" Spurium. Itaque se cum iis legatos ad (eos ut
" (Claudium Marcellum, et Fabium Labeonem) mittere;
" qui, si redeant quod venerint, eorum iis sua reddi
" jubeant: quique proximi sunt trans alpes (orientales)
" et deinceps Gallici populi (sedem habentibus in
" Germania) multitudinem sua domo contineant: Alpes
" (tum orientales ipsas, tum Pœninas seu occidentales) in-
" exsuperabiliter finem in medio esse. non utique iis
" (qui trans orientales alpes transgressi fuerant) melius
" fore quam qui eas primi (duabus Bellovesi et
" Elitovio) occupassent."

Hi erant quippe potissimum Galli, Cisalpinam
Galliam circumcolentes, quos bello domuerant, penitusque sub-
jugare pergebant Romani.

Galli e Provincia deprecati oppidum deleverunt, quod
cœperant ipsi ædificare, et Claudius Marcellus. Eam

posterorum memoriæ servavit Plinius. Libro III. Cap. XIX.
Ob Aquileja, inquiens, ad duodecimum lapidem deletum oppidum, etiam invito Senatu, a Claudio Marcello, L. Piso auctor est, quod irruptionem a Gallis oppido noxiæ fuerat cum oppido interiit.

IV. Nulla interjecta mora, Istricum bellum (cujus auctor fuit Livius supra citatus Capite LV) moveri cœpit. Consul Cassius ad Senatum missis, ut sibi ea Istricam traderetur Legionem dicunt. Id Senatui placuit, quo is in Istrico bello impletis fuisse Carnos, Alpinos, Japidesque convenimus, dicemus infra. Nimirum pavere contra Barbaros istos, constituerunt Romani; illudque agitabant, ut Colonia Aquileja deduceretur. Hæc satis constabat utrumne Latinorum, an civium Romanorum deduci placeret. Postremo Latinam jussi Coloniam deducendam patres censuere. Triumviri creati sunt P. Licinio Nasica, C. Flaminio, L. Manlio Acidino, qui nam fuerint Coloniæ Latinæ jura, mox dicemus.

At Coloniam Aquilejam cum Deduci Senatus censuit Istri obsidebant, quem narrat Livius. Consulibus Gn. Cornelio Cethego et M. Baebio Pamphilo, anno V. C. 573. ante Æram Christianam 181. Verba ejus sunt libro XL Capite XXVI. Marcellus, inquiens, traditi exercitus Fabio, Romam cum venisset, Spem ademit, eum qui in Gallia esset exercitum in Ligures duci jussit, quia bellum cum Istris erat; prætoribusque Coloniam Aquilejam deduxit. Istris denique subactis, Aquileja Colonia Latina (verba ejusdem auctoris libro XL citato. Capite XXXIV.) eodem anno (573) in agro Gallorum (quem vulgus Galli transalpini, paullo ante occupaverant) est deducta. Consilium deducendæ manifestum præbet Strabo libro V. ΚΤΙΣΘΕΙΣΑ, inquiens, ὑπὸ Ῥωμαίων ἐπὶ ταχὺ δὲ τοῖς ὑπερκειμένοις Βαρβάροις; opus Romanorum est, (Aquileja) munitam adversus supra illam habitantes Barbaros.

V. Deductæ Coloniæ progredit Livius historiam narrare; Tria millia peditum, inquiens, quingena juga, centuriones, centena quadragena Equites accepere. Tres hos deduxerunt P. Cornelius Scipio Nasica, C. Flaminius,

C. Manlius Acidinus. Postremi hujusce Triumviri mentio occurrit in Fastis Patavino, Vicetiam exportato, hodieque majori ex parte extincto, ut Philippus a Turre testatur in Dissertatione de Colonia Forojulensi: L. MANLIVS. LF. ACIDINVS TRIV. VIR. AQVILEIAE. COLONIAE. DEDUCONDAE. Quo etiam loco illustrissimus vir cum dicitur adnotat, cum Respublica Legionem unam quaternis millibus peditum, sexaginta Centurionibus, Equitibus trecenis constitisse; eaque subdunt ij, Colonos deductos numerat, Pedites ter mille, centenos quinque et quadraginta, Equites quadraginta supra ducentos: Jugerum vero, quae adsignata fuere, summam colligit ducentum et viginti octo millium; notatque, unumquodque jugerum pedes habuisse quadratos viginti octo mille, et octingentos: eaque omnia demum infert, maximam Hodiernae Forojulensis Provinciae partem vicinam fuisse.

III.

Eodem Aquileja Colonia, non ex Latio, sed cum jure Latii deducta: Pallodius, et Sporeno refelluntur. Quiritium jura; Latinorumque exposita Fabricium argumentum, quod nititur similitudine nominum. De alma Venetorum.

I. Aquilejam cum Pallodius legisset apud Livium, Latinam Coloniam deductam fuisse, non Civium Romanorum putavit, ex Latinis hominibus conscriptos Aquilejenses Colonos, ea videlicet ratione, ut ipsos proximis Carthaginensium bellis absumptos, eo ablato beneficio, Romani sublevarent, ingruente Latinae Coloniae clade, non qua ex Latio, sed qua jus Latii per Latinitatis acceperant. Civium vero Romanorum, qua donate erant jura Quiritum, qua de re incubenter Sigonius Libro II. de antiquo jure Italiae Capite III., quem sequuti sunt plerique omnes fere antiquitatis studiosi.

Eadem insederat opinatio Josepho Asperno in Opusculo quod Forumjulianum inscribitur, in quinque libros tributo. Hactenus opus adservatum fuerat ms. in Archivio Civitatis: hucusque

demum

demum publicavit, opera Clarissi. viri Jo. Josephi Liruti, inter Miscellanea, quorum Tomus III. typis Joannis Antonii Fazzinum Venetiis, anno 1740. prodiit. Probandum sibi assumit Auctor: Aquileiam Coloniam (ut ait libro III) ex Latio deductam, Oppida et Urbes cum in Latio, tum Etruria, Umbria, Campania, Brutio, et Samnio multas fuisse, ne nunc exstare, quarum nomina viri et loca Forojulij habent: utinam fuisse urbem Latii Veteris id observasset, ut si ex aliqua urbe alio migrarent, loci ubi sedes figebant, urbium et locorum, a quibus decesserant, nomina imponerent: ex urbe denique Utinensi originem trahi debere ab ista Colonia Latina Aquileiana deducta: sparsque ad Utinae Latii Colonos, qui cum coeteris Latinis in has partes migravere urbilamy fuisse Utinam primo dictam; deinde Utinam.

Totum locum, quod Sparsum erexit aedificium, una convicit victis, quem Philippus a Turre inflixit addere praestat auctoritatem Praestantissimi viri Ulrichij Spanhemii in opere, quod inscribitur Orbis Romanus.

Colonias latinas distinguit ille Exercitatione I. Capite LX. a Coloniis Civium Romanorum: docetque, primi generis colonias fuisse Oppida Latinitate seu antiqui Latii jure Donata; istos vero, quae etiam solo Coloniae nomine vocari consueverant, alio quam Latii; et potiore quidem jure cumulata. Quod aperit, Livianis verbis, quae Coloniam Aquileiam spectant. Vir doctissimus comprobat. Discrimen, inquiens, inter Coloniam Latinam agit cum aliis, tum ubi de Colonia Aquileiam deducenda agit Livius dum agitabant, ut Colonia Aquileiam deduceretur: nec satis constabat utrum Latinam, an Civium Romanorum deduci placeret. Postremo Latinam potius Coloniam deducendam, Patres censuerunt.

LL Jo Gottlieb Heineccius brevi calamo exsequitur omnia, quae Latione sermones Siginus et Spanhemius disserant De jure Civium Romanorum Latinorum Italorum atque Provincialium, Argumentum, quo De agimus, maxime illustrant quae habet ille num. C. XXVI. et sequentibus C. XXVII. et C. XXVIII. in Appendice ad Librum I Syntagmatis Antiquitatum Romanarum, Colonias Civium Romanorum Distinguit, et Latinas, ac italici juris: aliasque porro togatas vel plebejas, alias militares. De his infra verbo civil "Coloniae."

civium Romanorum erant quas potiori jure quam Latii, Dedebant Romani. Diserimen hoc tangit Livius, ubi de Colonia Aquileja Deducenda agit: illos agitabant etc. Utrum istae civium Romanorum Coloniae omnia civitatis Romanae jura retinuerint an eadem amiserint adhuc disputant eruditi. Carolus Sigonius (De antiquo italiae jure III B.) eis tantum jura Quiritium tribuit, velati Libertatis Gentilitatis Connubii Potestatis, Legitimi Dominii, [illegible] Usucapionis, et si qua sunt hujus generis alia: adimit vero ipsis jura civilis publica, velut Census Tributorum, Vectigalium, Suffragii Honorum, et similia. Ac Manutius (De civitate Romana) eos jus quoque ferendi suffragii Magistratuumque Romae gerendorum retinuisse contendit; cujus sententiam etiam ex Nummis adstruitur ubi videtur Jo Arduinus (in Antiquitatibus) Et certe cives saepe vocantur hujusmodi. Coloni apud Livium (VIII. 14. VI. 21.) ipsi quoque Latini, qui nomina in Coloniam Romanam dederunt cives Romani dicuntur facti ex eodem Livio (XXXIV. 24.) ac Romae censa legunam hujus generis Coloni apud eundem (XXIX. 37.) Unde non absurda colligas, omnia jura civitatis Romanae retinuisse cives Colonos. Sed potiorem tamen hac in re asto Sigonii sententiam. Luculenter ostendit Ezechiel Spanhemius (in Orbe Romano Exercit. I. cap. IX.) Nihil enim clarius est loco Dionis (lib XLIII.) ubi Caesarem ait: alios immunitatem alios agros πολιτειαν δε alios civitatem, alios autem ut jus haberent Coloniarum Romanarum, dedisse: ubi jus civitatis Romanae a jure coloniarum civium Romanorum manifesto sejungitur, ut adeo admodum verisimile sit, Colonias illas civium Romanorum jura suffragii gerendorumque Romae Magistratuum amisisse. Durior longe conditio erat Coloniarum Latinorum quippequae ne jura quidem Quiritium habebant. Quod adeo verum est, ut cives Romani, qui nomina in hujusmodi Coloniam dederant, capitis deminutionem mediam (seu mediae quandam privatis status mutationem) paterentur. Cicero pro A. Caecina: certe quaeri hoc solere me non praeteris, (ut ex me ea quae tibi in mentem non veniunt, audias) quemadmodum si Civitas adimi non posset in Colonias latinas saepe cives nostri profecti sint? Aut sua voluntate, aut legis mutatione profecti sunt; quam mutatam si tollere voluissent

tum manere in Civitate potuissent. Quod vero Salmasius cum aliis Viris doctis autumat, Colonias Latinas ex meris Libertinis constitisse, illud Deicidum est a Viris doctis exploratum.

Sunt ergo Mystarum antiquitatis decreta. 1. Colonias Latinas victas non ex Latio unde Cives deducerentur sed ex jure Latii quod ipsis Coloniis donabatur. 2. tum Latinos homines in Coloniam Civium Romanorum, tum Cives Romanos in Coloniam Latinam nomina dedisse. 3. Romanos cives Coloniae Latinae adscriptos, capitis deminutionem mediam passos esse: Latinosque homines in Coloniam Civium Romanorum cooptatos jura Quiritium comparasse. Aquae sane totidem instrui possunt argumenta adversus Valladii, et Sponii sententiam.

Confirmatis accedit, si jura Latii recenseantur, quibus donatae Coloniae dicebantur Latinae. Rem pertractet loco citato Heineccius a num. LXXXIV. Compendio collecta haec sunt. jura Latii, licet proxume ad Civitatem Romanam accederent, non eadem tamen fuerunt, ac jura Civium Romanorum seu Quiritium, ac insuper jura primus Civitatis Romanae. Gaudebant libertate Cives Romani: Libertate quoque potiebantur Latini, sed illa juris gentium, non illa juris Quiritium: ac saltim quod lex Poreia sanxerat de Civium liberante a verberibus, non aeque valuit in Latinis. Ab connubii jus quod attinet, illud Latium proprie ne inter se quidem promiscue habebant ex foedere antiquo, nedum cum Civibus Romanis. Quantum fuerit jus Patriae potestatis, in tanto Veterum silentio non constat: id certum videtur, nullos fuisse homines, adeque nec Latinos, quitalem habuerint in suos potestatem, qualem Romani habebant. Suis ergo legibus utebantur Latini, nec jure Quiritium fiebant participes: Licebat tamen eis, leges Romanorum, si vellent in suas Civitates recipere; vel ut Veteres loquuntur poterant proprio Fundi fieri.

Jus publicum succedit, quod et jus Civitatis Romanae dicebatur. Haec Civitatis jura consistebant in Censu Militia, Tributis, Suffragiis, Honoribus, et Sacris. Latini Romae non censebantur: tametsi furtim aliquando in Tabulas censuales irrepserint non nulli. Verosimile est in Latii Civitatibus, non minus ac Romae censum fuisse actum a suis Magistratibus

Tabulasque censuales deinde Romam missas: idque in Colonis pro solitum, ignorat nemo. Porro et Militiae jure, sed paullo ac serictiore gaudebant Latini: militabant quippe cum Romanis, non ut Legionarii, sed tanquam Socii. Ad Tributa quod actines Juniores Latinorum fuit quam Civium conditio. Ab exteris quidem non patiebantur Romani, onerari tributis vectigalibusque Latinos, non magis a Cives suos: sed ipsi tamen Romani a Latinis tributa exigebant et vectigalia. Illud vero prestantissimum erat quondam Latinorum jus, quod jure suffragii gauderent ea fovere, quo eos obstringebat locus: attamen ne in eo quidem aequo cum civibus jure gaudebant. Namque primo non erant ipsi certae tribui adscripti deinde hoc jus suffragiorum erat veluti precarium; quotiescunque animo libuerat, adiere Consules poterant, ut Orbe exirent. Latinis Gaudebant etiam jure aliquo Honorecum: sed non optimo, quali Cives Romani. In ea Provincialibus erant feliciores, quod non Romanis Praetoribus Proconsulibusque parerent, sed suis Magistratibus: itemque sneliorum eo ipsorum erat quam Italorum conditio quod Magistratibus in Patria gestis, jus Civitatis Romanae consequerentur: sed honores demum in Urbe petere haud poterant ante Civitatem tage juta datam. Denique quod attinet ad jus sacrorum, Civibus Romanis et publica sacra et propria fuerunt. ad communia quoque non nulla Civibus erant cum Latinis Maximus ex Haineccio.

III Patent vero jura Latii, quibus cum donata fuerit Colonia Aquileja, propterea Colonia Latina dicta fuit. Hunc etiam alterum Valladii, et spurcus profligatur argumentum, quod ex Homonymia desumitur, Lubecum vano illud est, utpote sumptum ex nominum similitudine utplurimum fortuita: verum etiam a Lumbe ostenditur, propterea quod in Latio, ac si Colonia Latina Aquileja unus dicta fuerit, loca ac vici pergununtur cum quibus eadem servare videantur appellationes vici et loca Provinciae Aquilejensis. Ac insuper in eo denique peccatur, quod etiam extra Latii fines locorum homonymiae quaerebatur in Hetruria, Umbria, Campania, Brutio, Samnio. Duplex namque Latium olim distinguebatur: Vetus alterum, a Tiberi ad Circeios productum alterum Novum, quod a Circeis protensum fuit ad Lirim et Sinuessam in finibus Campaniae. Utrisque Latii gentibus datum

antiquissimis

antiquissimis temporibus fuit jus Latii, quod exposuimus: eoque contentae fuerunt gentes illae ad bellum usque Sociale ac Marsicum non Italicum, anno U.C. 663. ante Aeram Christianam 91. confectum. Hunc enim lege Julia a C. Julio Caesare Dictatore anno 664. ac lege Plautia proxime insequenta, omnes Socii ac Latini nominis, imo et Italici Romanae Civitate donati sunt. Italiam hoc loco intelligo, quidquid praeter Latium inter utrumque mare ad Rubiconem usque fluvium pervenit; reliquum enim usque ad alpes tractum inhabant Ligures, Galli, Veneti, Carni. At quamvis Latini tum in Civitatis Romanae jura transirent, non ipsum tamen jus Latii expiravit: quod ab eo tempore cum multis Civitatibus, tum et Colonis extra Italiam concessum legimus: eique genus Coloniae Dictae Latinae fuerant ob hoc ipsum Latii concessum, non a Latio.

IV. Quae cum ita se habeant, concedunt quoque Sporeni conjecturae urbem Altinam. In Provincia Forijulii Altinam memorat enim Celina Plinius. Cur vero ejus origo duci debeat ab Altino Latii, cum a Latio Deductam Coloniam Latinam Aquilejam errore captus asseverit ipse Sporenus? Longe diversam ejus indicat originem Plinius, qui solus ejusdem meminit, nempe Venetam: ex Venetis inquiens, Altino et Celina intelligere. Ipsamque utpote Celinae junctam, Venetisque adtributam, eis Silaventum portam fuisse, ubi Tilio Veneti, non ultra, ubi sedem tenet Carni, ac etiam Utinum, certo colligi posse videtur. Utinum porro, quae urbs est in provincia Forojulii nobilissima originem suam verisimiliore conjectura repetere ab iis in regione populis potest, quos Plinius Libro III Capite XIX appellat Venenatis, seu Veninatis, ac etiam Nevinatis, Ita scilicet ferunt variae codicum lectiones

IV

Cur primo condita Aquileja, cum Celineta Colonia
An via Aemilia ad hanc usque Civitatem strata
fuerit? Cur Aquileja Dicta?

I Quaestionem excitat Aquilejensis Coloniae Deductio num Aquilejam ea Data occasione Romani condiderint, an eam jam conditam deduxerint Colonos? Priorem partem videtur Verissime docere Livius: Galli Transalpini, inquiens, transgressi in Venetiam, sine populatione aut bello, haud procul inde, ubi nunc Aquileja est, locum oppido condendo ceperunt. Itemque: Galli Transalpini per colli-

Aquileja — a romanis condita et munita nè vero contra barbaros altra fuerunt

igurlae viae in Italiam transgressi, oppidum in agro, qui nunc Aquilejensis est, aedificabant. Ubinam ergo Aquileja, nec agro Aquilejensis erat, cum Galli anno U.C. 568. in Venetiam transgressi sunt: Oppidum illi quippe aedificare coeperunt in agro, qui postea Aquilejensis dictus est, haud procul inde ubi postea Aquileja.

Eadem videtur sententia Strabonis: Quis Romanorum, inquiunt, est Aquileja, munitum adversus supra illam habitantes barbaros

Verba Livii, ubi de Colonia Aquileja deducenda agit ipse, ita reposuerunt Spanheimius, et Alaineccius locis citatis, ut jam antea urbem Aquilejensem exstitisse, colligi posse videatur, scilicet: Illud agitabant, ut Colonia Aquilejam deduceretur. Quomodo vero de Colonia Aquilejam ei loco iste non exstasset, deducenda cogitassent Romani? Ubi ita Livius, cujus verba sunt: ut Colonia Aquileja (non Aquilejam) deduceretur. (Hoc sensus est, susceptatum in Senatu fuisse de Colonia, (an latina an Livium Romanorum?) deducenda in agrum, quem Galli Transalpini ceperant; eademque Colonia vocatur Aquileja ex nomine postea imposito. Alioqui vero fatear, voces ipsas, Colonia Aquileja, minime prohibere, quominus jam antea condita urbs extare potuerit. Vergit enim eodem loco Livius: Eodem anno Mutina et Parma (non Mutinam et Parmam) Coloniae Romanorum Livium sunt deductae: quas Urbes hoc tempore antiquiores, negat nemo. Verum invito etiam conatae quispiam contendere, voces easdem satis esse ut jam tum conditam Aquilejam intelligeremus.

Marcus enim Aemilius Lepidus, Flaminius et Curio — de viis a Liguribus

Liguribus

II Strabonis verba oppido juvant, quae habet ille libro V. ubi et ait: et Aemilia (via) et Flaminiam excepit Marcus quidem Lepidus Consulatu functus, Flaminius, qui Consulatu functus fuerat et Censor fuerat, et conjunctam ad Liguribus autem civilis hic (Flaminius) viam Flaminiam stravit a Roma per Umbriam ad Arimnum usque: ille (M. Aemilius Lepidus) deinceps a Bononiam usque, et inde usque ad Aquileiam Consulatum anno U.C. 567. gerentibus illis, deque sexennio ante Coloniam Aquilejam deductam stravit Aemilius praedictam viam. Atqui vero eandem ab Arimino ducitur Aemilius ad Bononiam usque, et inde usque ad Aquileiam protulisse erat igitur, antequam Colonia Deduceretur urbis Aquileja.

Quae verba sequuntur in Textu, scilicet: et inde usque ad Aquilejam juxta proxime Alpium radices, et circa paludes in agrum circumjectum opere, expendit Doctissimus Marchio Scipio Maffeius libro II Veronae

1) Strabon's Geographica cum notibus Krameri et Dübneri. Parisiis, Didot, 1853, I, 131.

illustradae arnotalque; tum ulpes rultas Bononia pergentibus
Aquilejam occurrere, tum rultas offensi palucis, et quas fuerpe,
agrum opus debuerit. Hinc loco Aquilejae reponendum esse
Placentiam docet: ac notum sane comperturnque pursus Aspen
nas inter Bononia confici Placentiam, ac etiam paludes olim
secas Padum extasse, portea ab Aemilio Scauro siccatas. Favet
aperte, ni mea me fallat opinio, Livius, Plinianque Livii ver
ba sunt Libro XXXIX. Capite II. Semelmus paucis figuribus, viam
ab Placentia; ut Flaminiae committeret, Arminum pervexit.
Verisne erit, ac viam illam ab Aemilio stratam Arminio fuis
se ad Bononiam usque et inde usque Placentiam (non Aquile
jam.) Ex Plinio Cellarius animad, viam eandem Arimino Pe
ruciam fuisse Bononiam; cum Libro IX Capite I Placentiam,
quae fere inter Arminum media est ac Bononiam, scribat
ille in Aemilia via esse, ac Libro II Capite LXXXIII. nar
rat, pertendum agri Mutinensis, nempe concurrentes mon
tes et inter hos erumpentem ignem, in via Aemilia inter
vicos versum: quae satis evincunt, praeiectam viam Bono
niam per agrum Mutinensem sine dubio Placentiam pervenisse
fuisse.

Silius Italicus in Poemate de Bello Punico, quod sub Do
mitiano Imperatore concinnavit, Romanum exercitum recen
sens, quem C. Terentius Varro et L. Aemilius Paulus Consules
anno U.C. 538 ante vulgarem aeram 216. ac ante Coloniam
Aquilejensem deductam 30. ad Cannas duxerant, ita canit
libro VIII.

Inde Trojana manus, tellure antiquitus orti
Euganea, profugique sacris Antenoris oves,
Hectoreum cum Venetis Aquileja perfurit (ab superfuit) armis

Ubi Coloniae revocatione longe antiquiorem facit Porta
urbem Aquilejam celebrem, postea Venetorum urbem mexit,
Vel etiam fortasse Trojanis quempiam, Socium Antenoris,
putavit ille Aquilejae conditorem.
III Chronicon Alt. allegat Laurentius Vignolius de origine
Patavinae, in quo legitur Aquilejam quoque ab Aquilo
Trojano qui eam condivit. Popularis haec opinio fortasse
altro filii Italiae jam obtinebat. Varias nominis origines quae
vinit alii. Sumptam appellationem ab Aquila, fluvio, cujus me
minit

Rosinus Libro V Influente e Noricis alpibus, opinantur nonnulli; ipsumque Aquilam pro fluvio Natisone, quem memorant Strabo et Plinius, accipiunt. Ab Aquilae augurio, cum ipsa conderetur urbs a Romanis nomen impositum, prodit Julianus Caesar in Oratione II de Rebus gestis Constantii Imperatoris: Urbis quum conderetur, inquiens, Aquila dextra ex parte caelitus advolens, dextro nomine vocabulum imposuit. Adnotat demum Isaacus Rosinus ab Alata Aquileiam patus, quam Aquileiam quibusdam dici: et ab aquarum copia Aquilejam appellatam esse.

V.

Bella inlata Istris Aquilejae infensis. Istriae fines. Carni propiusque male habiti. Novis Colonis ante la Aquileja.

I. Novae Aquilejae Coloniae infensae erant Illyrici, propulsi ac Urbibus Istrica bella a Romanis acta, antiquae Colonis Aquileja. Haec narrat omnia Livius. Captum consilium de bello Istrico, ait ille libro XLI Capite V Annus U.C. numerabatur 576 gerebantque consulatum M. Junius Brutus, et M. Marcius Valso. Tum tonentum alter profectus ab Aquileja castra ad Lacum Timavi potuit. Immunet mari is lacus, eodem decem navibus C. Furius Furnius e Navalis venit: qui laeva (dextra) usque ad Aquilejam Erectur. Ad eadem etiam regione milia ferme passuum castra erant Gallorum. Contra Romanos in subsidium ab istris vocatos Gallos putant nonnulli. Varia textus Liviani lectio varios ingerit sensus. Doctissimus Vir assentio, qui Gallos pro Romanis pugnantes intelligant: eosque ex Gallia Cispadana jam Romanorum imperio subjecta conscriptos, facile credierim.

II. Ad Timavum posita castra sunt, Venetiae limitem ac Istriae quae hoc tempore pars Illyrici censebatur. Servius in Eclogam VIII. Virgilii ait: Nam Timavus est Venetiae, vel Istriae. Mela Illyricis usque Tergestum cetera Gallicis Italisque gentibus cingitur. Colonaeus item Histriae, post flexum intimi recessus sinus Adriae Tergestum Colonia. Strabo Libro V Post Timavum Istrorum usque Polam litus est. Et Libro VII. Nonnulli in Illyrici ora maritima esse Istros, conterminos Italiae et Carnis. De limite Istriae Plinius agens Libro III Capite XVIII. ait: Formio (volgo, Risano) amnis, antiquus auctae Italiae terminus nunc vero Istriae; quibus adcensus limitem Italiam inter ac Istriam a Timavo antiquitas proba tetum ad Formionem amnem.

Istriae finem ad Timavum antiquum inde ad Formionem amnem

Ad vero

Dvero fortasse factum numero sequente dicemus, post Istrica bella, quae Livio duce narramus.

Praelium itaque Romanos inter, ac Istros committitur: illoque primo impetu fugati, plures que interfecti, eorumque capta castra. Instaurato praelio, factorum sortiuntur Romani: caesaque ad octo Millia Istrorum. Consules Aquileiam in hiberna legiones reduxerunt. Accidebat vero post primum Istrorum impetum, ut Caius Atilius Gavillus, nobilis Aquilejensis, (erat Aquileiae colonia recentes cives) cum commeatu venientes, (verbis utor Livii capite IX) ignara prope in capta castra ab Istris incidissent. Ii quum Aquileiam relictis impedimentis refugissent, omnia terrore ac tumultu, non Aquileiae modo, sed Romae quoque post paucos dies impleverunt. Rumor quippe ab Gavillius Aquileiae sparsus brevi Romam delatus fuit. Gentis Gavillae mentio in lapide Aquilejensi apud Dominicum Bertolum in Opere Eruditissimo, le Antichità di Aquileja profane e sacre a c. num. CCCCXVII.

C.N. GAVILLIUS
C.N.F. GANEA
FILIUS

Annum U.C. 577. ante Christum 177. obtinuerunt Consules Tib. Sempronius Gracchus, et C. Claudius Pulcher. M Junius et A. Manlius, qui priore anno consules fuerant (Livii sunt verba capite XIV) quum Aquileiam hibernassent, principio veris in fines Istrorum exercitum introduxerunt: ubi cum opportune populantarentur, color magis et indignatio dirripiens sua, cernentes Istros, quam certa spes satis sibi virium adversus duos exercitus excivit. Ad quatuor millia ipsorum in acie caesa; caeteri que omisso bello in civitates proximas diffugerunt, Legatique ad pacem petendam, Deinde obsides missi in castra Romana. Ne victoriae gloriam C. Claudius Pulcher Consul amitteret, in Provinciam venit. Cum irruptione primum excepturus est. Ad duabus legionibus novis advectis, (capite XV.) vetera exercitu dimisso, oppidum Vesatium circumsedit quod jam summa vi oppugnabant Junius et Manlius que, capitque. Tum alia duo oppida, Mutila, et Faverin, vi capta, et delota; Istriaque tota trium oppidorum excidio, et morte Regis pacata est. Consul vero, quoniam Istria Provincia confecta esset (capite XVII.) exercitum traduxit in Ligures, Duorumque cinique gentium (Istrorum et Ligurum) uno anno victor Romam revertit.

Aegue tamen Aquileiensibus infensi Desierunt esse Istri ac Illyrici
Nisi ab Senatum Legati anno U.C. 583 ante christum 171. querebant
tur. Coloniam suam novam et infirmam, (ita Livius rem narrat
libro XLIII Capite 1.) Consulibus P. Licinio (rapso et C. Cassio Longino)
rectum sibi municipium inter infestas nationes Istrorum et Illy
riorum esse. Aut Istri omnes nondum fuerunt a Romanis domiti, aut
ingum Romanorum recredantes summa comportent Aquileiensibus Co
nis inferebant. Petebant ergo, ut Senatus curae haberet, quomodo ea
Colonia muniretur.

Interrogati, vellent ne eam rem C. Cassio Consuli mandari: respon
derunt, (ejusmodi Aquileja unito exercitu proficiscitur per Illyricum
in Macedoniam esse. Quae res primo incredibilis visa: ad postremo
quisque credere, Cernis fovitan aut Istris bellum illatum. Jamen
go satis evincitur nondum a Romanis domitos Carnos. Interim
metus de Consule atque exercitu sustulit eo tempore munitionis Aq
uilejae curam.

III Insequente U.C. anno 584, ante vulgarem aeram 170. Consulibus
M Perperna et Manciano et A Atilio Serrano, quaerelae adversus C.
Cassium, qui anno superiore Consul fuit, ad Senatum delatae: Legati
Regis Gallorum Cincibili venerunt. (Verba autor Livius eodem libro
XLIII Capite VII) Frater ejus (Cincibili) verba in senatu fecit, questus:
Alpinorum populorum agros Sociorum suorum depopulatum C.
Cassium esse; et ibi multa millia hominum in servitutem abdu
xisse. Sub idem tempus Carnorum, Istrorumque; et ipsi quoque le
gati venerunt: duces sibi ab Consule Cassio primum imperatos,
qui in Macedoniam ducenti exercitum iter monstrarent: pa
catum abse, tanquam ad alium bellum gerendum abisse: inde
ex medio regressum itinere hostiliter peragrasse fines suos: pos
sim rapinasque et incendia facta: nec de ea re ad Locorum scire,
propter quam causam Consuli pro hostibus fuerint. Alpini po
puli, quos memorat Livius, non alii fuerint nisi ipsi maxime
Carni ipsique Freri vero Cincibilus alicujus trans alpes,
quas Carni ipsique incolebant, populi Rex. Cum isto Rege
societatem habebant ipsi Carni: neque solum ipsi per lega
tos ad Senatum querelas deferunt, verum etiam pro ipsis
Frater Concibili in Senatu queritur. Quae demum omnia con
ficere videntur, nondum Carnos Romanorum imperio paruisse.
IV Tum Regi, tum Alpinis populis satis per legatos a Romanis

factum. Annus a U.C. volvebatur 583 ante aeram christianam 169. Consulibus R. i Nasica Philippo II, et Cn. Servilio Caepione, cum de munienda augendaque Colonia Aquileja iterum actum. Eo anno postulantibus a Senatu Aquilejensium legatis, (ait Livius eodem libro capite XIX.) ut numerum Colonorum augeri, mille et quingentae Familiae ex Senatus Consulto scriptae. Harum virique, qui eas deducerent, missi sunt T. Annius Luscus, P. Decius Subulo, M. Cornelius Cethegus. Ingentem habes numerum Colonorum, majoremque sane quam in prima deductione, Coloni ita nuviter deducti appellabantur Adlecti ed Adjuncti.

VI

Carni, Alpini populi, subacti a Romanis. Venetorum planos ac partem littoris Adriatici circa Aquilejam, Romanis permittentibus, occupant. Beleni cultus ab eisdem invectus

I. Bella succedunt Carnis inlata actaque triumphi de ipsis. In supplemento libri XLVI Livianus haec habentur: in Alpibus Galli et Ligures provinciae fuere: ex utraque gente triumphatum; cum Claudius Marcellus Gallos, C. Sulpicius Ligures subegisset. Hi consulatum gessere, anno U.C. 588, ante Christum 166. Nomine Gallorum inalpinorum maxime Carnos intelligi, putant Viri Doctissimi. In Epitome pariter Liviana ad annum U.C. 635. ante christum 118. Legimus: R. Marcium Regem Proconsulem Carnos, gentem alpinam, expugnasse; ubi Carnos repone pro Carnis jubet Cluverius. Certissimum acti de ipsis triumphi testimonium perhibet Fragmentum Fastorum Triumphalium, in quo haec habentur: M. Aemilius Scaurus ex Gallaeis Karneis scilicet de Gallis Carnis triumphum egit anno U.C. 639. ante vulgarem aeram 115.

II Per haec tempora Carnos, qui hactenus alpes incoluerant, permissu Romanorum, in agros Venetiae a Tilavento ad Timavum descendisse ovumque etiam maritimam, quae a Timavo ad Formionem fluvium est currit, occupasse, res est verosimillima. Illos namque Livius passim exhibet tanquam Alpinos populos: ipsique favere Strabonem et Plinium mox ostendimus. Atque vero eisdem Strabone ac Plinio insuper Meta ad Ptolomaeo tertius ad Carnos Ostia Tilaventi et Natisonis, tenque Aquileja spectare dicuntur: ac ipsis etiam Carnis Tergeste, atque sinus Tergestinus adtribuitur, memorata Fabii Severi inscriptione rem

pertibente: Quae tamedsi pugnantia videantur conciliari tamen facile possunt, si Carnos, et Istrum primum gentem, ac eram maritimam Venetorum eis Timavum, Istrorumque ultra Timavum ad Formionem usque, discendisse dicamus. Id vero per dua tempora factum, quorum Romanorum victoriae de ipsis relatae. Hinc etiam limes Italiam inter ac Istriam, qui ad Timavum statutus erat ad Formionem, postea translatus fuit, Plinio teste, Magne regio quae inter utrumque fluvium medet, Regionis Carnorum pars princeps dicta est, non Istria

Quid ergo sibi velit Virgilius Carmen libro III Georgicorum?

Castella in tumulis, et lapidis arva Timavi

ac lapidia foret, non regio Carnorum, ubi Timavus, et Varet nemo inficias, taxeram esse Geographiam Vocarum, ut lustrissimam lapidosum limitem indicari, putant nonnulli: melunt alii cum Carnis hunc regionis tractum etiam lapides incoluisse. Gentes eis et ultra Timavum recensens Plinius libro III Capito V. sic ait: Veneti, Carni lapides, Istri, Liburni. Pontus nempe intelligi Venetas usque ad Istrum: Carnorum ad Timavum alios, alioque ab eodem fluvio ad Formionem: Istros Istrum, et lapides conterminos Carnis sed Istros versus Liburnum mare tergo Istrae lapides; undeidem Plinius Libro III Capite XIX ait: Nonnullos in Venedicum sinum lapidiam promovere a tergo Istriae. Haec alii accuratius differant.

III Januero Carnos, qui in agros Aquilejenses deducti fuerant, in unam veluti gentem cum Aquilejensibus adunatos, cultum Belenis Dei invexisse, non inepta conjectandi mihi ratio videtur. Patrium ac Municipalem huiusce fuisse Deum, Dierte prodit Herodianus in Maximino; ubi patrii ἐπιχωρίῳ, Aquilejensium Caminus facta mentione, ait: βέλιν δὲ καλῶσι, Belem vocant indigenae. Non a Romanis, ut patet quammaxime, sed neque a Venetis religionem Beleni acceperunt Aquilejenses, cum ejusdem fuerit cultus nullus apud alias Venetorum gentes, a Carnis ergo, cum permissu Romanorum unam ipsis cum Aquilejensibus gentem effecerunt. Patet vero: Deorum patrios ritus, Facto perdibente testimonium, et Municipalia sacra quae ab initio habuerunt, permansisse Romanos.

Alia praeterea sunt argumenta, quae Numen proprium patriumque Carnorum Belenum suadent. Effossum lapidem apud finitimum Caroicum

affert Lirutius

Diasares

offert Liritus in Dissertatione de Jubo Carnuto, in quo Aedem Belini legimus enumerata sunt Tertulliani verba in Apologetico Capite XXIV. inquientis: Omnisque etiam Provinciae et Civitati suum est Deus, ut Syriae Astarte, ut Arabiae Diasares, ut Noricis Belenus, et Norici vero contermini fuisse Carnos, jam docenter animadvertimus Strabonem, et Plinium. Quorum fervent etiam Inscriptio, quae exstat apud Fabrettum ACDIC. AVG. DEO. BELENO. PRO. SALVTE. AVGVSTORVM. DEC. CATVRIGI, quem Deastrum tutelarem padumique Carnunti, sed etiam Carnorum in finibus Norici, ipse Fabrettus credidit.

Unde vero hujusce Carnum religionem hauserint Carni? Splendida, ac patula origo est. Secum eam detulerunt ex Gallia Narbonensi apud Gallos religione celebrem fuisse Belenum, diserte testatur Ausonius. Loca profert Illustrissimus Philippus a Turre in Dissertatione de Deo Beleno. In Professoribus Burdegalensibus, Carmine IV. de Attio Patera Rhetore canit,

In Bajocassis (urbs est in Lugdunensi II Galliae Normanniae) stirpe Trevirorum satus
Si fama non fallit fidem
Beleni sacratum ducis a Templo genus.

Et Carmine X:

Nec reticebo senem
Nomine Phoebicium
Qui Beleni dicitur
Nil opis inde tulit

Jam Caesar antea docuerat libro VI de Bello Gallico Capite XIII Treviros certo anni tempore in finibus CARNUTUM, quae regio totius Galliae media habetur, considere in loco consecrato. — quidni consecratum Beleno locum intelligamus? Numerat ille Deos Capite XVII quorum apud Gallos religio erat, memoratque Apollinem. Hunc cum Beleno unum fuisse notat Herodianus loco citato: Belem inquiens, vocant indigenae, magnaque cum religione colunt. Ἀπόλλωνα τοῦτον ἐπιχωριάζοντες, Apollinem interpretantes. Inscriptio favet ab eadem Philippo a Turre allata, quam ab Ornatissimo Dominico Bertolo erroneam profero.

APOLLINI
BELENO AUG.
TIB. CLAUDIUS
CT. CORNELIAC. Q. TIGILLAS
CAPITO. CUM. FILIIS. SUIS.
CAESIANUS. FERONIANO
ET MATRI. PRISCAE
EX. VOTO. POSUERUNT
APIDIUS. L. D. D.

Tres aliae prostant Inscriptiones. Itaque Beleni cultus apud Gallos, maximeque Carnutes florebat, Carnutum Gallorumque totalem esse Carnos, jam ostendimus ac fortasse evicimus. Reliquum est, ut a Gallia fuerit religio Beleni transvecta. Admonere tamen praestat, hanc minime Doctissimo Pithoeo a Turre opinionem placuisse, communem putat ille Gallis, atque Carnis, de Aquilejensibus originem hujusce luminis, quos scribit Trojanorum Venetorumque in Gallia aliisque in Italiam migrantes, Beleni cultum secum adduxerint. Caeterum Camdenum, aut Horum gyptiorum Phoenicum Belum, Belenum Gallorum, e Apollinemque idem Numen fuisse, arbitrantur plerique Eruditissimi Viri.

VII

Jure Latio Veneti, Carnisque omnes donati, Itemque Civitatis jure iidem, et Aquilejenses. Hi in Tribum Velinam adscripti. Opitergium a Julio Caesare conditum, Forum-julium, et Julium Carnicum. Militares Coloniae, Concordia, et Forumjulium Deductae.

Ad subsequenti tempore devenimus, cum Aquileja Colonia jure Civitatis Romanae donata est, inque Tribum Velinam adscripta. Sed etiam Veneti quibusque, Carnisque omnibus jus Latii primum, ipsum deinde Civitatis concessum fuit: Opitergium quoque a Jul. Caesare conditum, Julium Carnicum, et Forumjulium: Militaresque Coloniae, Concordia, et Forumjulium Deductae. Singula paucis exponere praestat.

Strabonis verba refero, quae habentur Libro V. Eandem etiam cum Romani Italos in aequum secum jus Civitatis accepissent, placuit eodem honore dignari Gallos Cisalpinos ac Venetos; omnibusque Italorum et Romanarum nomen ha-

bere

Non uno tempore, nec eodem auctore; haec peracta. Lata
Lege jubia anno U.C 664. ante vulgarem aeram 90. Data
Latinis est Civitas, qui flagrante Sociali bello in fidem man
serunt. Eodem confecto bello Consulibus Cn. Pompeo
Strabone et L. Porcio Catone, anno U.C. 665 ante Aeram
christianam 89. eandem Civitatis praerogativam ob
tinuere Itali omnes usque ad Rubiconem fluvium. Juris
ejusdem participes mox facti fuere Galli Cispadani, ut
puto Italiae proprioris: quo tempore Transpadanis Gal
lis, Venetis nimirum Carnisque, Asconio Pediano in Orati
nem Pisonianam teste, jus Latii tantum, Cn. Pom
pei Strabonis beneficio, concessum fuit: quo jam antea
Itali Aquilejenses potiebantur. Haec Viri eruditi
certa sunt.

II. Amplova ipsum Civitatis Romanae jure edictum Tran
padanos ornare placuit Julio Caesare, cum ipse Consul II.
proconsulve, ac Dictator iterum, anno U.C. 707. ante Christum
47. Verba Livii praeclara sunt: Galli, inquiunt, libro XLI.
qui ex Alpes trans Padum incolebant, quos suo tot impe
rio fruisent, Civitatis jus dedit. Gallos cum audis trans
Padum incolentes, Venetos intellige et Carnos, auctore Stra
bone libro V. cujus verba ferunt. Placuit eodem honore
frui Gallos Cisalpinos, et Venetos.

III. Inceptam plenojure Civitatem intellige: devenit ergo
Jejensis caeteraque Transpadani populi, Veneti, Carnique, e
petendos honores non minus ac reliqui Cives admitterentur, ac
jus etiam Suffragiorum haberent. Hoc vero tem
pore eorum ergo Jejenses, ut agnoscerent in quam Tribum
suffragia mitterent in Comitiis Romanis in Velinam ad
scriptos fuisse, adnotat Goesque Philippus e Turre. Hanc
Velinam Tribum exhibent fasca quae nuper a Sunteno,
Furio, et Bertolo collecta. Velina nomen accepit a lacu
Velino in Sabinis, ex Austriis una, adeoque inter nobiliores, quae cum Quirina anno U.C. 512. Varro libro in Epis
mae Libri XIX edita numerum explevit triginta quinque Tri
bum.

Concessas Transpadanis praedictas Romanae Civitatis prae
rogativas, praeter Stratonem Dionemque, testes adeunt Soli
nius,

ac Tacitus. Ait ille in Vita Caesaris Capite LXXVI. Civitate donatos et quoniam a semibarbaris Gallorum recepit colu riam: quos Ezechiel Spanhemius in Orbe Romano Exercitatione I. Capite XVI. intelligit Transpadanos. Luculentiora sunt quae Tacitus Annalium Libro XI. narrat: A. Vitellio, A. Vipsano (Baptista) Consulibus (terae vulgaris anno 48, imperante Claudio,) cum in pleno senatu agitaretur primoresque Galliae quae Comata appellatur, (quam veteres Belgae, Celtae, Aquitani incolebant,) jus urbis et civitatem Romanam petiere (ante diximus) assecutis, jus adipiscendorum in Urbe honorum expeterent: (quo ex loco colligas, civitatem pleno jure Galatis ipsis non fuisse:) multus ea super re, variusque rumor (fuit senatorum.) Inter alia reponebatur, etiamnum, quod Veneti et Insubres curiam irrupserint? Jus ergo adipiscendorum honorum in Orbe jam attinuerant Veneti, quae expetebant Galliae Comatae primores, jus largiendi censebat Claudius, aequo: et Alba, Camers, Interamna (inquiebat ille,) ac deinde Etruria, Lucania, omnisque Italia accitis plures post sociale bellum in senatum fuerant. ac postremo ipsa (Romana Civitas Senatus) ad Alpes promota fuerat, receptique in Civitatem Transpadani, Venetis scilicet Carnisque. Ex hinc praerogativae occasio sumpta, ut Gallia Cisalpina vocari Togata consueverit.

IV. Regnante solummodo hac, Caesare Auctore, Sanctis Latinae nostris contata beneficia: oppida rursus apud ipsos condita, sive aucta ac ornata Forumjulium, et Julium Carnicum. Proconsulare in utramque Galliam, Transalpinam et Cisalpinam, obtinuerat imperium Caesar anno U.C. 695. ante Christum 59. quo ipse Consulatum gerebat, Collega Calpurnio Bibulo. Tenuit illud, administravitque ad annum usque 705, quo Dictator renunciatus est. Testatur ipse initio libri V de Bello Gallico: se quotannis per hyemem in Italiam confluere consuevisse, ut citerioris Galliae conventus ageret. Mos erat quippe Romanis, ut cum Praetor aut Proconsul in Provincia esset, conventum in aliquem locum indiceret dicereturque jus ex evocatis Provincialibus. Locus hujusmodi Forum dicebatur: perindeque erat, Conventus agere, ac Forum agere. Locum ergo juri dicundo Carnis per haec tempora delegerat

Caesar

Caesar; illum scilicet, qui postea Forumjulium appellari consuevit. Forumjulium in Mediterraneis Carnorum memorat Ptolomaeus; memoratque Plinius Forojulienses Transpadanos. Ab hoc oppido Distat longe diversum est Julium Carnicum, in montanis regionis, quam hodieque vocamus Carniam. Plinius Julienses Carnorum vocat: ipsorumque oppidum statuit Strabo Italiam inter ac Noricum. Caesarem auctorem ejus negaverit nemo. Laurentius a Turre in Praefatione ad Joachimam Philippi Padrni Dissertationem Apologeticam II Decennii Imperii M. Antonini Elagabali etc. adnotat ex ejusdem Illustrissimi Viri schedis: Julium Carnicum fuisse Legionibus Romanis locum ad hyemandum, seu ad aestiva aut stativa castra, eumque unius vel duarum aut plurium mansionem stationem ad aquiescendum, quibus ex Castris paullatim urbes, oppida, Municipia, et loca alia munita adjunxere facta, ut dicti Viri animadvertunt. In Antonini Itinerario haec habentur: Iter ab Aquileja per compendium Valcuina, sive usque Velaxenam locum in Pannoniae confinio sic. Tricensimum M. P. XXX. Julio Carnico M. P. XXX. Loncio M. P. XXII. Aguntum M. P. XVIII. etc. Etiammum in Provincia Locus est Tricesimus appellatus, qui scilicet Tricesimo ab Aquileja Lapide iter agentibus occurrit. Consule egregiam Josephi Livutii Dissertationem de Julio Carnico, quae habetur tomo IV Miscellaneorum Venetiis typis edita a Joanne Lazzarini M.DCC.XLI.

Locum istum Julii Carnici vocari Forumjulium nonnemini videri potuit a Venantio Fortunato in Vita S. Martini Vita libro IV ubi librum suum adloquens, a Galliis iter describit in Italiam, patriamque Carnicam Regionem. Itineris loca memorat hoc ordine: Pergis ad Augustam ... qua vicina tenent Bracorum loca .... Rapido qua gurgite volvitur Oenus. Tum Valentini benedicti Templa videbis, (nempe Moranum, ante Meraniam in Tirolo,) et Norica rura petens ubi Byrrus vertitur amnis ... Per Dravum iter iterum ... Haec montana petens in colle superbit Aguntus.„ Integra, quae sequuntur, carmine refero, edita manu Justi Fontanini Archiepiscopi Ancyrani in Commentario Italico scripto Sanctae Columbae Capite I.

Hinc pete, rapte, vias ubi Julia tenditur alpes,
Altius assurgens, et mons in nubila pergis.
Inde foro Jul. De nomine Principis, ex
Per rupes, Ocipe, tuns, qua lambitur undis
Et superinstat aquis Ravanna, (mod. Ragogna) Tilamenti,
Hinc Venetum saltus: campestria perge per arva
Submontana quidem, Rodella per ardua tendens.
Aut Aquilejensem si forte accesseris urbem etc.

Tum loca demum memorat Concordiae, Tarvisii Venetae, et utriusque Septemvenerarium, et Patavinae urbis. Jam vero inquies, Forumjulium memorari post Aquntum, et ante Ocipum, et Ravunniam; quod scilicet nonnisi in Carnia constitutum posse videtur. Prurientem excogitationem omnia recta grammaticalis vocum constructio. Ea est: Inde per montes, Ocipes, tuns, qua lambitur undis et superinstat aquis Ravania Tilamenti, exi Jovis de nomine Juli Principis, Julius germanus est: victori, qui Augusto necatis, pertranquillum esse per Ocipi rupes, ac Juvaviae Castra magnis Tilamenti superinstens; ac Danum devenientium in Civitatem Fori Julii, longe distitam a Julio Carnico, Ram commentat Paulus Diaconus, qui Julium Carnicum citatis locis distinguit a Foro Julio: ac istud Forum Julium, Castrum Julium, Civitatem Foro Julianum saepe vocat, illud autem nonnisi Castrum Julium. Insigne argumentum ejusdem rei suppeditat idem Paulus Libro II Capite XIII. ubi illum ipsum Venantii Fortunati iter ordine nevogrado describit. "Qui (Fortunatus) sibi, ut suis ipse in Carminibus refert, illuc (in Gallias) properanti per Fluenta Tilamenti, (i. Fluenta Tilamenti,) et Ravennam, (i. Ravunniam Ragogna) prenque Ocipum, et Alpem Julianam pergue Aquntum Castrum, Draveque et Pyrrum fluvios et Brixen et Augustam Vindelicorum Civitatem, quam Virdo, et Lech fluentant, iter fuisse describit." Quos non meminit Forijulii quia nimirum Fortunati itinerarii descriptionem a Fluentis Tilamenti inchoat, at Forum Julium longe est non ultra eadem Tilamenti fluenta, ubi Julium Carnicum, sed longe infra. Cur vero non meminerit Fortunatus, inquies, Juli Carnici, quod inter Aquntum collocat Antonini Itinerarium, et Tricesimum alligno militaria

distans a Foro Julio? Repono primum, non omnia itineris loca a Fortunato memorari, sed quae praecipua sunt: ac deinde satis ipsi fortasse fuisse, ut Julium Carnicum inducendo Alpes Julium nomine laudaki Fontanini sententiam ex in Historia Litteraria Ignelejensi capite 1 libri 1 C. Cornelio Gallo celeberrimo Vacta disserit, num. VI. C. Julium, qui anno U.C. 571. ante aeram vulgarem 183. gerebat in Italiam Proeturam, Oppidum in hoc regione Carnorum condidisse, dictum ejus e nomine Forum Julium. Repugnat Paulus Diaconus, qui libro II capite XIV. disserte narrat, Forum Julii ita dictum quod Julius Caesar negotiationis forum ibi statuerit. Majus tractationis veris etiam est Venantius Fortunatus, qui hoc unico canit: Judi Foro, sint da nomina Principis, ex: nec enim Julius iste Princeps alius fuerit, nisi Julius Caesar. Ejimus hoc sive in Commentario Historico de Rebus Congregationis sub titulo Beati Jacobi Salomonii et in Addendis Nonnullis — in calce operis num. III.

Haec Oppida ac si qua in Provincia nostra fuerint alia, jus civitatis cum suffragio honoresque in Urbe adipiscendi jam Caesaris beneficio obtinuerant una cum Italis jensibus Colonis, caeterisque Coloniis, et Municipia seu Oppida Civium Romanorum effecta, simulque adscripta in Tribum aliquam, in qua Cives suffragium ferrent, cum opus esset in comitiis Romanis. Varia proinde Italiae privilegia acceperunt, unde Plinius libro III capite XIX. ait: Oppida Italiae Civium Romanorum Aegida, Parentium, Colonia Polae quae nunc Pietas Julia, Polae sine Dubio factum sub Imperatoribus, Augusto ac Tiberio, quorum jussu, Italiae limes ad Polam, et Arsiam fluvium statutus. Oppida Italiae Civium Romanorum cum legis, Municipia intelligi plenae jures Civitatis ut juxta cumulata. Sensum ejus ex alio Plinii loco, variasque locorum in Orbe Romano conditiones exponentis. Ait ille eodem Libro capite II de ulteriori agens Hispania, sive Pontifica: Oppida omnia nunc CLXXV Latio antiquitas donata XXII. (seu Coloniae cum jure Latii:) Libertate VI. (de qua infra:) foederе III Stipendiariae CXX Itemque in Citerior Hispania numerat Colonias XII. (civium nempe cum jure Latii: Oppida Civium Romanorum XVIII seu Municipia

Latinorum veterum VIII., seu colonia cum jure Latii. Haec co
lonias omnes Granhemius in Orbe Romano. Dio tat vero Philippus a
Turre, unam eandemque Cives omnes cujusque Urbis, aut loc
cujusque professos esse Tribum, ac perpetuo fere retinuisse.
at sibi minime constare, an universi Carnorum populi, cum su
fragii lationem indepti sunt, unam eamdemque in Tribum
conjecti fuerint, vel suam unumquemque Oppidum agro vasit
certum vero Semum, Aquileiam, Concordiam, Forumjulium a
versas pertinuisse Tribus, Velinam, Clauviam, Scaptiam, ut sa
xa probant. Inter lapides apud Julium Carnicum effossos, Vel
naam alter Tribum exhibet, animadvertente Lipsio, alter Clau
diam: quam ego rem alios discutiendam relinquo.

V° Coloniae quoque praerogativam obtinuit Forumjulium: idem
que deductam Colonam Concordiam novimus. Hujus mentio apud
Ptolomaeum, Plinium, lapidesque plures: illam solus memorat Pto
lomaeus: Carnorum ingenuos Mediterraneae: Forumjulium Colo
niae. Utramque non Togatam, sed Militarem, deductam in Oc
vii, Antonii, Lepidi Triumviratu, egregie confecit saepe laudatus Philippus a Turre.

Hujus argumentum gravius hoc loco Delibare liceat. Colonia
rum genera duo distinguit Vellejus Paterculus Libro I ea
rum alterum, quae Senatus jussu deductae sunt, Togataeque
dictantur: alterum, Militarium, quae inde inchoatae fuerunt,
ut veterani Militis diuturnitate stipendiorum fessi prae
mium aliquando laborum caperent. Tempus notat idem Vel
jus, quo in usu esse Militares hujusmodi Coloniae coeperunt: me
moveta namque Colonia Eporedia, Mario sexies Valerioque
Flacco consulibus, anno U.C. 654. ante Christum 100 deducta,
ait: Utegue facile memoriae mandaverim, quae nisi Militaris
post hoc tempus deducta sit. Quaenam illae fuerint, nec nu
mavat, neque nominat ille, quod, quo tempore notissimae forent
Militarium, inquit, et causae, et auctores, et ipsarum praefulgent nomina. Quid enim magis praefulgidum, ad auctores
quod attinet, nominibus L. Sullae et C. Jul Caesaris Dictatorum,
M. Antonii, M. Lepidi, et Octaviani Triumvirum Reipublicae ab
anno U.C. 710. ad 723. quo Antonius ad Actium promontorium pro
fligatus fuit, et ipsiusmet Imperatoris Augusti; quos hujusmo
di Coloniarum deductores fuisse, docent Sigonius Libro III de Anti

quo Jure Italiae

quo jure Italiae Capite V. Norisius in Cenotaphiis Pisanis Dissertatione I. Capite II. aliique diligentes Rerum antiquarum Scrutatores.

Ab Julio Caesare deductore plerasque Colonias dictas Julias notum compertumque; sed eodem etiam cognomento nuncupatas, quas Octavius instituit, animadvertis. Vossius, quibus additamen, ut ipsae secernis a coloniis Julii Caesaris distinguerentur, additum postea Augustae cognomen fuit, sumptum ex Augusti appellatione, quam a Senatu Octavius obtinuit in suo Consulatu VII. et M. Vipsanii Agrippae III anno U.C. 709. notat laudatus Norisius: promiscuasque ab Octavio anno 711. lege Triumvirali deducendas Paean. et Dio numerat. Appianus Libro IV de Bellis civilibus; imo reapse multo plures deductas fuisse, ex Suetonio constat, qui in Augusto Capite XLVI. Duodecim ginta per Italiam ab eodem institutas diserte narrat: quarum alias Triumvirales dictas esse, alias Augustas, jam patet: nonnullasque demum trans Padum admitti debere, dubitare non sinunt Donati seu alterius Auctoris verba in Vita Virgilii, ubi diserta occurrit mentio distributionis agrorum quae post Philippensem victoriam (de Bruto Cassioque relatam anno U.C. 711.) veteranis, Triumvirorum jussu, trans Padum divisa fuere. Inter istas Coloniam Concordiam, quam et Juliam appellant saxa, deductam egregie probat Philippus a Turre Concordiam sane dictam, ob foedus inter Triumviros sanctum: Juliamque in gratiam Octavii, qui in hanc Familiam per adoptionem transierat. Quo etiam tempore opinatur ille, ut proximum Forum Julii traductos Colonos, ipsumque locum in Coloniae nomen, et prerogativam transisse.

Heineccius loco superius citato num. CXXVI. adnotat post Fabrettum aliosque: Colonias plebejas aut Togatas aratro denotari in nummis, militari signo et Militares aratro vero signisque junctis primam Coloniae deductionem e civibus, ejusque supplementum e veteranis e Militibus. Lupam admoventem ubera gemellis Marduinus habet pro signo Coloniae civium Romanorum: docetque, Colonias latinas signo nullo distingui in numeris. Quae tamen omnia refutata legi possunt apud Spanhemium in Orbe Romano, Dagne usu et Praestantia, Numismatum editis anno 1709. Lutetiae Parisiorum editis ac Opus Joberti S.J. quod

gallice inscribitur, La Science des Médailles.

VIII

Coloniae Aquilejae leges, Curia Magistratus: Religio, Templa, Sacerdotes Coloniarum Discrimena Municipiis.

I. Quae porro dicebantur a Romanis Coloniae, Deductae ejusdem juris deductique legibus utebantur, illae a Municipiis discrimen adsignat et. Gellius libro XVI. a Vortumno Atticarum Capite III Coloniarum inquiens, alia necessitudo, (ac Municipiorum) Non enim veniunt exstrinsecus in civitatem nec suis radicibus utuntur, (ut eadem Municipia:) sed ex Civitate quasi propagatae sunt, et jura institutaque omnia populi Romani, non sui arbitrii habent. Legibus ergo vivebant Coloni, quas dicebant Romani, seu deductores earum, Triumviri, aut Decemviri, vel Quinquevviri, Septemviri, et Vigintiviri. Coloniam nostram Aquilejam Triumviri deduxerant, auxeruntque Triumviri.

Ipsae Coloniae ab eodem Gellio appellantur quasi effigies parvae, et simulacra majestatis Populi Romani. Hinc Colonia quaelibet vocabatur Respublica, Aderat Senatus, qui et Curia, et Ordo et Collegium Decurionum, ac publicum consilium appellari consueverat: ederantque proinde Decuriones, seu Senatores. In fasces, quae Graterus, Philippus a Turre, ac Dominicus Bertolus collegerunt, frequens Ordinis Aquilejensium, ac Decurionum Aquilejensium mentio.

Ex Decurionibus deligebantur Duumviri, vel quatuorviri, quorum summus erat Magistratus, Ut Consulum, et Praetorum quoque jam repraesentabant, Panvinio adnotante Libro II. de Antiquitatibus Veronae Capite XII fasces Aquilejenses nunquam Duumviros, saepius Quatuorviros exhibent: usurpatumque ab ipsis Consulis nomen non raro comparet. Deo vero nonnullis in Coloniis Quatuorviros electos, admonent Eruditi Viri, ut ea ratione summus Magistratus ad plures perveniret. Habent etiam lapides nostri Decemviros litibus judicandis, Triumviros Capitales, seu judices quaestionis rerum Capitalium, Aedites etiam, Quaestores, ac Censores, qui in Coloniis et Municipiis Quinquennales dicebantur, quod quinto quoque anno crearentur.

Insanae Aquilejensium Religionis monumenta collegit, quotquot invenire potuerunt, Ornatissimus Bertolus, ab aliis dicta emendavit

illustravitque omnia Comunes caeteros Deos ipsi venerabantur, colebant que proprios municipesque. Numinum turbam exhibent inscripta sculptaque saxa, quae apud Aquilejam, aliisque in locis Provinciae effossa sunt: Mithrae scilicet, Jovis Seronae, Liberi, et Liberae, invictis salutis, spei, Fortunae, Larium, Inferum, Beleni, Solis, Protectoris, Jovisonis seu Martis, Pro Divinae, Silvani Ditis, Junonis ac Junonum, Bonae Deae, Bellonae, Dianae, Rutiri, aliorumque.

Numinibus erecta Templa memorat Herodianus in Maximinum Resistebant, inquiens audaciter Aquilejenses: claususque Templis et Domibus, universi, urbem defendebant. Tria sibi videtur Philippus a Turre detexisse Dei Beleni Templa. Alterum (inquit) ad Eccle. siam S. Cosmae, ubi reperta fuit inscriptio jam vetata (num. VI.) Signum Cupidinis in Templo Beleni dicatum praeferens. Secun. dum, cujus meminit Hansitius sub nomine corrupto Bethel. Est ille Liber VI. Capite I Elias, qui labente secundo saeculo Ecclesiam Aquilejensem regebat, quondam Paganorum Templum in honorem Bethel in contiguo hortulo in Monasterium Puellarum sub S. Petri Apostoli vocabulo transmutavit, ubi pro Bethel legendus Belenus videtur. Tertium eo loci fuit, ubi postea Ecclesia S. Martini et Abbatia Belinensis, antigo dalla Bettigna.

Templum Solis alia Urbis parte extructum fuerat. Solis indicant illud inscriptio sequens effossa ac rudera quaedam:

DEO SOLI
DIOCLETIANUS. ET MAXIMIANUS
INVICTI. AUGG.

Ipsumque Templum positum fortasse fuit a Diocletiano, quem Aquilejae transegisse Acta S. Chrysogoni volunt, anno Christi 304. Opinatur item Philippus a Turre.

Stetit etiam Aquilejae ac Urbis Roma imitationem Templum Jovis, seu Capitolium Utriusque mentio in Actis SS. Felicis et Fortunati apud Montbritium, et Continuatores Bollandi ad diem XI. Junii: Cumque venisset in Civitatem Aquilejensem (Euphemius Praeses) in Templum Jovis ingressus, omnium sacrificia obtulit. Praeco vero per omnem Civitatem voce magna proclamabat, ut omnes venirent cum festinatione ad Capitolium Jovis. Capitolium Romae non tam Jovis Templum, sed alia quoque delubra, aedificia, ipsamque arcem complectebatur: idem Aquilejae fuisse Capitolium videtur, ac Jovis Templum. Praeterea

omnia laudatus Illustrissimus Philippus a Turre.

Deinde vero frequens in lapidibus Aquilejensibus mentio Pontificum, qui sacra curabant. Occurrunt Pontifices quinquennales: disceptantque Viri Eruditi, an una eademque expromatur dignitas ac quinquennium contata; an duplex, ac ut Quinquennales in Coloniis intelligantur, qui Romae dicebantur censores. Plurima Augurum nomina in eisdem sepis legimus. Postulor in Urbe post Augusti apotheosim Sacerdotes Augustales excoperunt Colonae, excepta Aquileja. Sacerdos legone est Seviros sine adjecto, aut Seviros Augustales: sex videlicet primum nominatos e sodalium Augustalium corpore sive collegio. His additus non decrat denique Flamen Augustalis, cujus erat, sacra Augusti oppidatim inter Deos conservati curare.

II. Haec est effigies, quam Colonia Aquileja referebat, Respublicae Romanae. Par etiam Respublicae forma plerisque in Municipiis instituta fuerat. Eorum discrimen a Coloniis ani indicavimus ex Festio: quod latina sermone Spanheimius exponit in Urbe Romano Exercitatione I. allegata facta auctoritate verbo Municipium. Tria Municipium hominum genus distinguit ille, primum eorum, qui cum Romam venissent, neque Cives Romani essent, participes tamen fuerunt omnium rerum, ac munera fungendum una cum Romanis Civibus, praeterquam de suffragio ferendo, aut Magistratu capiendo. Hi ergo, cum in Patria manebant, Peregrini habiti sunt. Romam vero commigrantes, jura civitatis, sed non optimo jure consequebantur. Genus alterum eorum sequitur, quorum Civitas universa in Civitatem Romanam venerat: adeoque Romani Cives erant, ipsisque jus suffragiorum et honorum petebantur, Hujusmodi erant Italiae, Galliaeque Cispadanae et Transpadanae Municipia, postquam ipsis jus Civitatis concessum fuit, unde et in certam Tribum adscribebantur. Tertium erat genus eorum, qui ea conditione Cives Romani fuissent, ut semper Rempublicam a populo Romano separatam haberent, legibus suis suoque jure utentes honorum suffragiorumque minime participes, neque certe Tribui adscripti, suaque habentes municipalia sacra. Non una ergo Municipii vocis objecta res: seu et quaevis Civitates frequentius Municipia dictae. Haec animadverti oportuit, ut ansa eorum praecideretur.

IX.

IX

Salubritas urbis Aquilejae, magnitudo, opulentia. Eadem prae-
gracilium Italiae, deinque imperatorum. Ea Diocletiano adversa
in bello Sarmatico.

I. Religio urbis Aquilejae ornamenta, sive quae naturaliter
ta fuerit sive quae arte, industria, ingenio comparata sint, Vete-
rum Scriptorum allegata fide jam expono. Salubritatem loci, op-
timamque caeli temperiem tradatur Vitruvius Libro I. de Ar-
chitectura Capite IV. Verbis refero ex textu, quem cum codice
Pithoeano optimae notae contulit Stephanus Baluzius, prof.
de jure Canonico eruditissimus et portalus Genus. Fossis ductis, ait ille, fiat
aquae exitus et situs, et mari tempestatibus aestu in paludes
redundantia nationibus conversatur, maenisque nocturnis
non patitur bestiarum paludestrium genera ibi nasci; quaeque de su-
perioribus locis natando proxime ripas perveniunt, inconsueta
salsitudine necantur. Exemplar autem hujus rei Galliae pa-
tuere possunt esse quae circum Altinum, Ravennam, Aquileiam
aliaque in ejusmodi locis Municipia sunt proxima paludibus; quae
his rationibus habent incredibilem salubritatem.

Magnificentiam ejus, ac opulentiam Mela, Strabo, Herodia-
nus celebrant. Ait Mela: Natiso non longe a mari Timavum dictum a Tim-
git Aquilejam. Strabonis verba sunt Libro V. Patet hoc emporium Illyricis gentibus Istrum accolentibus. Illi (Aquilejenses)
inferunt maritimas merces, et vinum in ligneis cadis illuc vehitur
importatum, oleumque: illi (Illyrii) mancipia, pecora, pelles. Scrip-
serat autem idem Geographus Libro IV. Per quam (Oram) etiam
Aquileja currubus portantur merces e Transportum (Pegnitium, Fluvium
Ens, Werchnitz, et Lubiana nonnulli intelligunt, inter Haviorum
Bam amphitos Quadringentum, Incolentibus Iapidibus. Herodianus
in Maximino. Aquilejam vocat maximam Italiae urbem. Tum
haec habet: Aquileja abundebat opulento ... ut erat ingens urbis
magnitudo, et adeo Italiae quoniam Emporium, et per immensum
et ante omnes Illyricas gentes sita, cujusque rerum e Continenti per
terram fluviosque convectarum navigantibus et Mercatoribus augge-
rebat. Et vicissim omnes ad usum eorum, qui Continentem
colunt, necessarias ... maxime tamen vinum ... affatim suppeditabat.
Ea quo factum, ut super visum ingentem numerum magna vis

peregrinorum ac Mercatorum eam Urbem frequentaret.
II Claustrum etiam ex hac parte semper fuit Aquileja, et propugnaculum Italiae. Hinc apud ipsam Legiones in hibernis collocatae, plura jam allegata Livii loca justificarunt. Caesaris adde testimonium Libro I. De Bello Gallico. Ipse (Caesar) in Italiam singulis (capite X) magnis itineribus contendit, duasque ibi Legiones conscribit: et Ortes quae circum eum ex hibernis evocavit. Hinc vero factum, ut frequentes sepulchrales e Ritratum lapides Aquilejae ejusque in agro effossi sint, quos refert Bertolus.

In eamvem urbem frequens Imperatorum adventus; ut adbellum contra Pannonios aut Germanos Illiriosque proficiscerentur, vel necessaria instruerent ad peragenda bella. De Caesare autem haec praedixit Suetonius Capite XX. Ut quibusdam Pannoniae aut Germaniae (bellis) aut intervenisset, aut non longe abesset, Ravennam, vel citra Dianum, vel Aquilejam usque ab Urbe progrederetur etc. Ea in urbe versabatur ille anno U.C. 742 antechristum 12. cum Herodem excepit, de filiis Alexandro et Aristobulo expostulandum. Postquam (Herodes) Romam pervenit, (ait Josephus Libro XV. Antiquitatum Capite IV. juxta editionem Hudsonii,) progressus est ad urbem Aquilejam, Caesarem convenire festinans, qui bello Pannonico, adnotante Norisio in Conotaphiis Pisanis, initium dederat.

Legiones Aquilejae anno Christi 69. consistentes, quae Vitellii primum adversus Othonem, tum Vespasiani partis contra Vitellium sectatae fuerant, Tacitus exhibet Libro II et III Historiam. Post secutum Marcus Aurelius et Lucius Verus, bella gravissima contra pugnaces Germaniae gentes, Aquilejam anno 168 pervenerunt. Eo Gallienus ex Urbe evocatus, pacem narrat, quae eandem Coloniam efficit, coegitque Imperatores Romam pergere. Ipsius verba sunt in Libro de Praedestinatione Capite IX. Cum jam ex urbe (Roma) in hostes moverer, ac cum Aquilejae hibernarem, exercitum colligerem et instruerem, venerunt, nuncios ad me miserunt, quibus ut ad se venirem jubebar. Et in libro De libris propriis Capite II. Brevi post tempore ex Aquileja mihi literae ab Imperatoris missae perferuntur, quibus illi me revocabant; statuerant enim, ex hibernis

